

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Fœminarum consecratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

AQuod si idem innuere voluissent, eandem ipsam volucrem demissa cauda pinxissent: quasi tunc nox stellas occulere videatur, cum dies ipse cœperit adventare, tamque diu latitent stelle, quamdiu Sol supra terram est.

GLORIOSUS. CAP. VI.

Verum eadem species, qua noctem significabat, hominem etiam gloria plenum exprimebat. *Hoc à Plin.*
Pavo enim pretiosam eam caudam suppellicilem tum plurimum ostentat, cum plurimos ad felib^{20. c. 120.} spectandum advenisse conspexerit: quod si nullum admirari, adesse cognoverit, eam recondit veluti indignatus. *Hinc Ovidius, Laudata Pavone superior de valde sibi placente dixit. Quoniam vero* *Lib. 13. Me-*
fœminarum est proprium, qualibet in re sibi applausum querere, gloriofasque esse, inter Pavonem & fœminam mirus quidam natura consensus est: ut minime mirum sit virginem in Leucadia usque adeo adamatum à Pavone, quem ipsa aluerat, ut ea defuncta ipse etiam commori voluerit. *timor.*

PRODIGUS. CAP. VII.

BNon inepte autem nonnulli, perditio luxu prodigos, Pavonis imagine describunt, in quibus quidem cauda mira conspicitur pulchritudinis, verum ea neque ad volatum, neque ad motum utilis: cum plerisque aliis omnibus volatiibus cauda, vel ad volatum dirigendum loco temoris cūjusdam attributa sit, aut etiam ut motum juvet, vicemque remorum subministret: Pavoni vero ea tam ampla, tam sui prodiga, ad solam colorum ostentationem data-

CONCORDIA. CAP. VIII.

In nummo DOMITIAE AUGUSTÆ IMP. DOMIT. altera facie Pavonis effigies cum inscriptione, CONCORDIA AUGUST. Hac ea Domitia est, quam Domitianus Augustam salutavit, posteaquam ex ea filiam suscepserat, mox eam repudiavit, repudiata ob instabilitatem ingenii cœpit iterum deperire, iterumque eam duxit, quasi populi precibus coactus: atque hoc spēcere crediderim Concordia, qua scilicet maxime omnium in coniubis expetitur, inscriptionem. Pronuba enim Juno, cuius Pavo, vel ex Pavone Imperium, cui fuerat restituta: five quod cum se Domitianus Jovem appellari pateretur, uxorem etiam Junonis honore voluerit decorari.

FORMINARUM CONSECRATIO. CAP. IX.

SEdenim in Faustina nummo, quem argenteum vidi, Pavo habetur cum inscriptione, CONSECRATIO. In numo etiam, cuius inscriptio hæc, DIVA PAULINA, caput grandioris natum mulieris ab occipito velata, à tergo Pavo, qui candem effigiem insidentem dorso inter alas sustollit: eadem, qua in superiori est inscriptio, quippe CONSECRATIO. Observatum enim est in fœminarum consecrationibus, Pavonem, avem quippe Junoniam, è fastigio emitte, prout in marium apoteosi Aquila Jovis ales emittebatur, quamvis in Diva Sabinæ Augustæ numo Aquila, non Pavo sit. Videmus etiamnum Faustina Pie numun, in quo Aquila imagunculam cum radio gestat, cuius inscriptio est eadem, CONSECRATIO. Sed minime mirum, Faustina Aquilam ritu virorum datum, qua viro ipsa dederit imperium, quod etiam iure suo plerique in rebus administrabat, non sine Marci Antonii conjugis, viri undecumque probatissimi nota, cui cum amici suaderent, principis sui ignominia offensi, repudiandam esse Faustinam, si nollet eam occidere, qua, ut fama erat, Commodum ex adulterio conceperet, & apud Cajetanum conditions sibi & nauticas & gladiatorias elegisset: Atqui, respondit ille, fieri hoc minime potest, nisi dorem etiam reddiderimus: dos autem erat Imperium, quod ille à locero, volente Hadriano, adoptatus acceperat. In numo tamen, cuius inscriptio est, DIVA MAXIMA, cum muliebri capite, quod Luna insidet cornibus sursum versis, ab altera facie solus Pavo est, cauda in rotam passa:

Nn 3

Augusta-
rum numi.*incri-*

inſcriptio, CONSECRATIO. Horum numorū viſ magna, dum hæc ſcribebam, eruta eſt in agro Belluneni vico Plauterio, cum ingenti Gallienorum copia. Ad hujus ſimilitudinem factus eſt muſus ille, quem Romæ apud Colotium, alterumque apud Georgium Anſelmuſ Parmae vidi: in qua ſcilicet, Pavo eſt cauda in rotam effusa, à cujus pedibus hinc inde S. C. note ſingula conſpicuntur, circumcirca, CONSECRATIO, ab altera facie muliebre caput occipitio velato, literæ Divæ MARINIANÆ. Inferiorē ea Auguſtorum aut mater, aut conjux, quod ex operis ruditate conſigiuimus: nam quo tempore, non reperi.

DE GALLINA. CAP. X.

Gallinæ ſignificata, quæ Pavoni ſubtexere viſum eſt, in hunc modum habent.

TRIBAS. CAP. XI.

Mullierem tribadem, vel quæ maris officium aggredi non erubefcat, vel etiam quæ viro domini affectat, per Gallinam, quæ criftam erexerit, caudamque ſuſtulerit, cuiue etiam parva quædam calcaria promineant, intelligi veteres tradiderunt: ea ſiquidem, ubi marem, quod non nullæ faciunt, pugnando vicerit, cucurire incipit, & exemplo marium tentat coitu ſupervenire, Gallinasque reliquias perinde ac fi rem peragere poſſit, ſollicitat, & ſaliendo defatigat, criftam caudam que erigit: atque ea incedit ſpecie, ut non facile inde ſit, utrum mas an fœmina ſit, internoscere.

DIVITIARUM FLAGELLATOR. CAP. XII.

Virum vero, qui opulentissimas divitias prodegerit, & ut apud Horatium eſt, res maternas atque paternas fortiter abſumpferit, ſignificare qui volunt, Gallinam aureos nummos depaſtem pingunt, de qua miraculum id prodiuit: ut ſi auro liqueſcenti Gallinarum membra miſcentur illud in carnes eas consumi deprehendatur atque ita fit, ut Gallina ſit auri venenum. Tradit hoc Aristoteles, atque eum ſecutus Plinius. Conjectores tamen autumant eum, qui per ſomnium Gallinarum gregem ad ſe venientem, & domum ingredientem inſpererit, & divitiis, & honoribus auctum iri. Quinetiam addunt, ſi Gallinæ ita per quietem viſa, puſillæ admodum apparuerint, lucili demidem tenuitatem praſagiri.

PERDITIO RERUM. CAP. XIII.

Sirenes cū
pedib. Gal-
linaceis
quid.

Qui fabulas delectabili Philosophandi genere commentiſſimis ſunt, Sirenas confinxere, quæ blanditiis amatorii, & voluptuosa nequitia homines ad ſe traherent, illecebrisq; irretirent, apud quas molitudinis omnifariaz luto inhæſitanter ſe com-putreficerent. Harum pedes Gallinaceos fuſte tradunt, intellectu à ſuperiore non diſſimili. Scribunt enim hujusmodi fabularum interpretes, ſignificari ex hoc, hominem libidinibus deditum, fortunas suas perseveranti ſtudio diſpergere, inutiliterque prodigere, cujusmodi eſſe Gallinarum morem cum pleno acervo paſcuntur, aspiciimus.

FOECUNDITAS. CAP. XIV.

Fœcunditas
Gallina mi-
bilis.

Sunt qui ratione habita quotidiani fœtus, & geminorum ali quando pullorum, qui ovo ex unico excluduntur: ovorum etiam, quæ nonnullæ gemina ſingulis diebus edunt, cujus generis Gallinas Patavii vidimus, tertio etiam nonnunquam addito, verum eo abortivo, ſola quippe cartilagine conſpicuo, fœcunditatem per Gallinam & ovm ſignificari veſt. Sane de Gallinarum fœcunditate Albertus multa. Illud mihi ſatis fuerit adnotaffe, quod apud Maedones Gallinam repartam ajunt, quæ ova duodeviginti ſemel ediderit, & in cubito binos pullos ex ovis ſingulis excluderit. Sed à mirifica omnino alitis fœcunditate factum, ut Theologi veteres Gallinam pro piorum convertu ponit, tradiderint; ideoque dictum in Evangelio, ait Hesychius: ſicut Gallina congregat pullos ſuos ſub aliis.



SULU-